

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XLVII. Non immisceat se negotiis Politicis, alliisque rebus ad se non
spectantibus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

gorius Lib. II. Pastoral. Curæ cap. 2. *Ecclesiæ Pastor dum mundanis tumultibus gaudet, interna, quæ alios docere debuerat, ignorat.* Concilium Agathense Can. 39. supra alleg. ideò vetuit Presbyteros & Diaconos misceri illis cætibus, ubi amatoria canuntur & turpia, aut obscæni motus corporum choreis & saltationibus offeruntur, ne auditus & obtutus sacris ministeriis deputati turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur.

XLVII.

Non immisceat se negotiis Politicis, aliisque rebus ad se non spectantibus.

Εἰρησίου.

Aποστολικὸν πειστικὸν ἢ fivē rerum alienarum curiositatem Apostolus Petrus I. Epist. IV. 15. inter gravissima crimina, quæ publicis legibus castigari solent, ut sunt homicidia, furta, maleficia, refert. Intelligit autē per eam πολυπραγμοσύνην, quā quis fines alieni officii invadit, ea curare satagit, quæ ad se nihil attinent, in aliorum vocationem sese ingerit sine legitimā vocatione, omnia reformare studet, cum tamen ea nec intelligat, nec facere iussus sit, ut exponit B. Gerbardus Com. in. h. l. Quæst. IX. pag. 674. Et sic

d. Me-

ἀλλοτριεπισκοπῶς est alieni procurator ac juxta
Tertullianum in Scorpiaco c. 12. *alieni specula-*
tor, qvi falcem mittit in alienam messē,
 rerum alienarum ad se nihil pertinentium,
 curiosus & temerarius inspector. Immane
 illud πολυπραγμοσύνης καὶ ἀλλοτριεπισκοπῆς cacoë-
 thes seu exitiosam pestem studiosè vitet,
 Evangelicus Doctor. Nam θεομαχῆν rectè
 dicuntur, qvi fines muneris sibi deman-
 dati transgrediuntur, & sine vocatione,
 alienis officiis atqve negotiis sese immiscēt.
 2. Thessal. III. II. reprehenduntur περιεργα-
 ζόμενοι, curiositatem exercentes in negotiis
 ad se non spectantibus. Graviter quoqve
 monet Apostolus: *Unusquisque in vocatione,*
quā vocatus est, in eā permaneat, 1. Cor. VII.
 20. Et 2. Tim. II. 4. inquit: *Nemo militans,*
implicat se negotiis secularibus. Ratio in prom-
 ptu est, qvia pari cura functioni suæ & rebus
 secularibus præesse neqvit; Rectè B. Gerbar-
 dus Loc. de Minist. Eccles. §. 299. scribit:
Quia Apostolus speciali quadam significatione
Timotheum Episcopum vocat Christi militem v. 3.
ideo in specie ad Ministros Ecclesie hac prohibitio
proprie primò spectat, ne involvant se negoti-
is secularibus, sed in Ministerio verbi sese contine-
ant, unde Theophylactus in Com. ad Episcopos lo-
cum accommodat. Idem Apostolus duplici bo-
 nore

nore

nore dignos declarat eos, q̄bi laborant, non in decidendis litibus forensibus & aliis negotiis civilibus, sed in sermone & doctrinā. Tim. V. 17. Quod ad mundana officia confertur, illud religionis cultui, divinoque officio decerpitur. Non placet Deo operum confusio; Ipse distinxit & sejunxit Luc. XXII. 25. 26. Nemo confundit sine suo damno aut periculo, Ufa tangens arcam, propter temeritatem à Domino percutitur, 2. Samuel VI. 6. 7. Ufa Rex Sacerdotium invadens, sufficit faciens, leprā inficitur, 2. Chron. XXVI. 16. seq. Petrus μαχαρολκήης seu gladium stringens, à Domino corripitur. Matth. XXVI. 51. 52. Hinc τὸ πρῶτον τὰ ἰδία seriò inculcat S. Paulus I. Thessal. IV. II. *Qua mandata sunt tibi*, à Deo *hec sanctè cogita*, inquit Siracides c. III. 22. Solet autem aliàs distingvi αἰματισμοῦ επιχορηγία in Papo - Cesareatum & Cesareo - Papatum, das Päbstliche Keyserthum und Keyserliche Pabstthum / Cesareo-Papatus est, (definiēte D. Pappo, Comment. in Aug. Confess. p. 297.) cum Magistratus Civilis dominium sibi in doctrinam, Ecclesie propriam & in claves Regni cælorum arrogat, Papo - Cesareatus autem, cum Ministri Ecclesie se immiscent reb9 Politicis & ad Magistratus vel secularis iudicis officium pertinentibus, & sic suis terminis & fun-

functione suâ non contenti, alterum pedem
 in suggestu & alterum in curiâ habent. Non
 de illo hic agimus, sed de hoc; quando itaq;
 quæritur h. l. an *Minister Ecclesiæ munus civile*
seu functionem Politicam illasâ conscientia si-
mul obire possit? Non est quæstio de consilio,
 sed de munere; non de actu aliquo τὰς ἐργαίας &
 quasi precario seu subdelegativè suscepto;
 sed de munere & ἐργον constante & perpetuo.
 Non de munere *Oeconomico*, sed *Civili*. Po-
 test Episcopus vel Præco Verbi divini salvâ
 conscientia *Oeconomica* tractare, ut τὰ οἰκονομικά
 & rem familiarem administrare: Hæc enim
 administratio rei familiaris non pugnat cum
 Ministerio Ecclesiastico, ut patet ex I. Tim.
 III 4. Modò non ita occupetur rebus *Oeco-*
nomiis, ut omittat vel negligat Munus, ad
 quod vocatus est. Potest etiam quandoque
 Minister Ecclesiæ consilium rogatus suggere-
 re, at simul Ecclesiastica & politica munia
 obire, sacra administrare, & simul lites *civi-*
les cognoscere & dijudicare nequaquam po-
 test aut debet. Non enim conveniunt, nec in
 unâ sede morantur Galeatus & Infulatus, Ju-
 dex & Sacerdos, Imperator & Pastor, *Politi-*
cus & Ecclesiasticus. Christus Magister no-
 ster, controversiam de hæreditatis partitione
 à se rejecit, & iudicis partes recusavit. Luc. XII.

v. 13. 14. Adulteram quoque condemnare noluit, Joh. VIII. II. ut doceret, se non esse judicem secularem neque cognitorem & executorem causarum civilium & criminalium in foro soli. Si autem *Sacerdotes Dei & Christi sumus*, non invenio, quem magis sequi, quam Deum & Christum debeamus, ut rectè ait Cyprianus lib. II. Epist. 3. Habet etiam supra allegata Gnome Apostolica, 2. Tim. II. 4. ὁ δὲ ἰσχυρὸς τοῦ λόγου ἐμὸς λέγει ταῖς βίαις πρᾶγμα, εἰς τὴν ψυχὴν τῶν ἀνθρώπων vim præcepti; Audiatur iterum Cyprianus lib. I. Epist. 9. Scriptum est, nemo militans Deo, implicat se molestiis secularibus, ut possit placere ei, cui se probavit. Quod cum de omnibus dictum sit, quantum magis molestiis & laqueis secularibus obligari non debent, qui divinis rectè, & Spiritualibus occupati ab Ecclesia recedere, & ad terrenos & seculares actus vocare non possunt. Ambrosius inquit lib. I. Offic. Is, qui Imperatori militat, à susceptionibus litium, actu negotiorum forensium, venditione mercium prohibetur humanis legibus. Et Synesius Epist. 57. adversus Andronicum; πολιτικὸν ἀρετὴν ἱερῶς αὐτῇ σιωπᾷ πειν, σιωπᾷ δεῖν ἔστι τὰ ἀπογλυφῆσα. Reipublica administranda vim cum sacerdotio conjungere, perinde esse, atque ea ne-re, quæ nendo connecti nequeant, ut vertit Petavius. Quibus contra σύμμιξιν Ecclesiasticam & Poli-

Poli-

Politicam nihil clarius dici potest. *Jacobus Cujacius*, Juris consultorum Coryphæus, citante *D. Georg. König* in *Casib. Conscient. Sect. II. q. IV. p. 704.* inquit: *Si jus antiquum spectas, quacumq. de re agatur, nulla est jurisdictio, nullum forum Episcoporum, Valentinoiano autore in Novella de Episcopali judicio, qvæ Tit. XII. Cod. Theod. sic sonat*; Constat, Episcopos & Presbyteros forum legibus non habere, nec de aliis causis, præter religionem posse cognoscere. Urgent in contrarium Pontifici, in primis *Bellarminus* Lib. V. de Rom. Pont. cap. IX. §. Deinde *Moses* col. 910. Tom. I. Oper. *Mosen* Sacerdotem summum fuisse, & simul exercuisse judicium in populo Israelitico *Exod. XVIII. 13. cap. XL. 27.* *Heli* & summum Pontificem & Judicem politicum fuisse annis 40. *1. Samuel. I. & IV.* *Samuelem* fuisse simul Sacerdotem & Judicem in Israël, *1. Sam. VII. 15.* Et ne quis prætendat, exolevisse hanc consuetudinem cum Veteri Testamento, adducunt auctoritatem Apostoli Pauli, suum *Timotheum* in Tribunali collocantis, & potestatem politicam, eamq; judicariam ipsi attribuentis, sub hac solemni formulâ; *Adversus Presbyterum noli accusationem admittere, nisi sub duobus aut tribus testibus. 1. Tim. V. 19.* (Ex quibus verbis colligit *Cornel. à Lapide* *Timothe-*

motheum judicem fuisse in causis foren-
 sibus. Itemq; hortantis Corinthios, ut à litium
 causis, mutuisq; injuriis abstineant, vel eas
 non coram Ethnicis Magistratibus, sed corā
 sanctis i. e. Episcopis, aut aliis sacris Ordini-
 bus initiatis, componant. I. Cor. VI. 1. hincq;
 probant non tantum Ecclesiastica, sed & <sup>βιω-
 τικὰ</sup> negotia pertinere ad Episcoporum forum.
Augustinus quoque ait Lib. de Opere Mona-
 chorum, se cogi ex hoc loco ad suscipienda ju-
 dicia causarum, cum sit Episcopus. Inprimis
 contendunt; Christum Matt. XVIII. 17. Eccle-
 siam omnium controversiarum disceptatri-
 cem & finitricem constituisse, nomine au-
 tem Ecclesiæ intelligi Ecclesiæ Præpositos;
 ut obiervat verò Scholiastes hanc glossam h. l.
 apponens; ἐκκλησίαν λέγει τὸν τῆς πόλεως τῆς ἐκ-
 κλησίας τῶν πιστῶν. Ast, enimverò respond. I.
 in genere verbis *Synesi* loc. supra alleg.
Prisca tempora eisdem & Sacerdotes & iudices
tulere, quid tu igitur antiquum illud revocas,
quid ea conjungere vis, quæ Deus sejunxit, qui
nos non administrare, sed administrando depra-
vare postulas, quo quid infelicius esse potest?
 II. *Moses* extra lineas officii sui non exerra-
 vit. Nunquam fuit ordinarius Pontifex in
 Israël, fuit autem Dux populi ordinarius ex
 vocatione Dei, interdum tamen, sacerdotio
 Aaro-

Aaronico nondum plenè constituto, partes nonnullas sacerdotales extra ordinem executus est. Fueruntque in Mose multa singularia, quæ ad successores etiam immediatos, multo min9 ad Episcopos N. T. nequaquã extendenda sunt. III. *Heli* extraordinarie funct9 est administratione Reipubl. quo tempore non erat rex in Israël, sed unusquisque faciebat, quod bonum videbatur in oculis suis, ut aliquoties dicitur in libro Judicum. Ab extraordinariã verò ad ordinariam rei administrationem non valet consecutio. IV. *Samuel* specialem habuit vocationem, & invitus penè utramque gubernationem suscepit. Ipsaq; sacerdotalis functio in filiis ejus brevi post tempore iterum expiravit, solâ potestate judiciali illis relictâ. I. *Samuel*. VIII. I. V. Paulo curâ nunquam fuit, Thimotheo tribunal Politicum erigere, aut civilia negotia demandare, alioqui paulò post eidẽ non interdictum fuisset, ne se immisceret secularibus negotiis, 2. *Tim.* II. 4. sed monere, ut si quæ accusationes adversus Presbyterum inciderent, non præcipitanter ageret, & quorumvis futili delationi deferret, sed in honorẽ Senioratus, duos, tresve testes exigeret, & ob defectũ Christiani Magistrat9 ipse negotiũ expeditum daret; Sed quid hoc ad nostra tempora, quibus

Magistratus Christianus præfider? ut recte docet *D. König* loc. supracitato. VI. I. Cor. VI. I. per *Sanctos* non sunt intelligendi soli Episcopi & Presbyteri, sed Christiani fratres, sive Clerici isti sint, sive Laici, qui sancti dicuntur, quia professione fidei Christo consecrati, à mundo segregati, nec non primitiis Spiritus S. donati. Ut cap. I. v. 2. *vocatis Sanctis*, hisq; vult Apostolus litium cognitionem & iudicium deferri. Jube præterea, eos constituere iudices, qui ἐξ ἐκκλησιῶν ἢ ἐκ τοῦ κόσμου, i. e. *contempti sint in Ecclesia*, vers. 4. quod de mitratis Episcopis Papalibus dici nequit, quippe qui sunt primaria Ecclesiæ (si Diis placet) capita, imò lumina. VII. Eodem vers. 4. & 5. seqq. Ecclesiæ præcipitur, ut Magistratu Christiano destituta causas incidentes per delectos arbitros, viros sapientes, negotiorum peritos dijudicet, non verò, ut Episcopos forensibus seu civilib9 occupationib9 gravet, & à docendi munere impediatur. VIII. Matth. XVIII. v. 17. Salvatoris nostri mens hæc est, ut Christiani à proximo suo offensus, post primum & secundum correctionis gradum frustrà adhibitum, deferat fratrem præfractum ad Ecclesiam ejusque Præsides (Tertullianus vocat *Probatos quosque Seniores*, Osiander, *piam fidelium congregationem*, B. Hülfemannus in Tract. de Corrupt. Frater. p. 160. *Eccle-*

Ecclesiam representativam per Nobilissimos & precipuos ex Laicorum Ecclesia: non ut in multitudine diffametur; sed ut totius Communitatis autoritate sanetur, & in rectiorem viam revocetur, motus tot plorum, factum ejus improbantium, consensione. Quam correctionem Apostolus Paulus 2. Cor. II. 6. vocat ἐπιτιμία ὑπὸ τῶν πλειόνων, increpationem à pluribus factam. Non diffitemur quidem, olim Episcopos cognovisse secularia negotia ac civiles lites & contentiones audivisse & diremisse, quando ipsorum judicio se partes submiserunt. Quæ res quamvis molesta fuerit piis Episcopis, iniquitas tamen sæpe Judicium civilium, moræ, dilationes, calumniæ in judiciis forensibus Episcopos eum subire laborem suaserunt. Conqueritur de hoc molesto negotio S. Augustinus in libro de Opere Monachorum Tom. III. aitque se malle per singulos dies certis horis aliquid manibus operari & ceteras horas habere ad legendum & orandum, aut aliquid de divinis literis agendum, liberas, quàm tumultuosissimas perplexitates causarum alienarum pati, de negotiis secularibus in judicando dirimendis, vel interveniendo præcidendis, &c. Nec dici potest, illos temerario ausu invalisse civilis Magistratus partes, cum id consensu summorum Magistratuum factum

factum sit, sicut apparet ex Codice Justiniano de *Episcopali audientia* Lib. I. Tit. IV. Leg. 7. Ubi hæc Arcadii Imper. constitutio data ad Eurychianum P. P. Orientis A. D. 398. habetur: *Si qui ex consensu apud Sacra legis Antistitem litigare voluerint, non vetabuntur, sed experientur illius in civili duntaxat negotio, more arbitri sponte residentis, iudicium. Quod Honorio quoque Imperatori, Collegæ Ejus & fratri placuit Leg. 8. Episcopale iudicium ratum sit omnibus, qui se audiri à Sacerdotibus elegerint, eamque illorum iudicationi adhibendam esse reverentiam jubemus, quam vestris deferri necesse est potestatibus, à quibus non licet provocare. Per iud. cum quoque officia, ne sit cassa Episcopalis cognitio, definitioni executio tribuatur. Mandat itaque Imperator non solum, ut Episcoporum iudicationi ea reverentia adhibeatur, quæ summæ potestati, à quibus non liceat provocare, sed etiam, ut executio eorum sententiæ per suos iudices fiat. Dissertè autem dicitur L. 7. in *Civili duntaxat negotio*, unde Jac. Gothofredus Comment. in II. Cod. Theodos. Tit. I. de Judæor. foro p. 89. Arcadius, inquit, Christianis indulgit, ut videl. Laici in civilitantum negotio, non item in criminali, in Episcopos pariter compromittere possent. In Codice quoque Theodosiano (quem Theodosi-*

dosi-

dosius II. promulgavit) Lib. XVI. Tit. de Episcopali iudicio L. I. permittitur alteri parti Litigantium, siue auctori siue defensori, in quacunq; causa, & in quocunq; statu lis sit, siue ante, siue post causæ contestationem & quidem etiam instante iudicio, evocare causam ad Episcopū, etiam adversā parte refragante, & ab eo sententiam iudicii accipere siue appellatione. Quæ lex inserta Juri Canonico Decreti parte II. Caus. XI. Can. 35. Quicunq; & 36. Omnes itaq; Ast longè prudentius fecissent imperatores, si Episcopos in suō nido Ecclesiastico reliquissent, nec ullatenus ad politica munia adhibuissent, vel illos ea tractare permisissent, & procul dubio tanta confusio non fuisset sequuta. Illa enim πολυπραγμοσύνη non solum totum Ordinē judiciariū corripit, sed etiam nescio, quod *bifrons monstrum* progenuit, quod à parte ante Episcopum, à parte post *Politicum* repræsentabat, ut loquitur D. König loc. alleg. In Epist. I. Clementis ad Jacobum frat. Dom. relatā in Can. 29. *Te quidem.* Caus. XI. 4. 1. (quæ tamen meritò tanquam spuria à plerisque rejicitur,) jubetur Episcopus omnes *vita hujus occupationes* abjicere, *ne fidejussor existat: ne advocatus litium fiat, neve in ulla aliquā occupatione prorsus inveniatur, mundani negotii occasione per-*

plexus, ne prefocatus presentibus hominum curis, non possit Verbo Dei vocare. Verba Apostolorum Actor. VI. 4. commodè exponit Marcus Antonius de Dominis lib. I. de Republ. Eccles. c. 2. n. 7. scribens; Nos inquit Apostoli, Orationi & Ministerio Verbi instantes erimus: Non dicunt, Nos legibus coarctatis condendis, ac tribunali vacabimus, nos pro arbitrio precipiendo, puniendo, dominando occupabimur, sed orationi & ministerio verbi instantes erimus, quia aliud sibi officium commissum non agnoscebant. Non monstrabunt, inquit alicubi Bernhardus, ubi quispiam Apostolorum aliquando sederit iudex hominum, aut divisor terminorum, aut distributor terrarum, stantes quidem iudicatos legimus Apostolos, sedentes autem iudicasse non legimus. Suo itaq; muneri incumbat Minister Verbi, & ad alia non distrahatur. Abstineat à tractandis & decidendis illis, quæ sunt meiè politica, h. e. à factorum & consiliorum, statum publicum concernentium scrutinio & discussione, à judiciariâ aut procuratoriâ in causis litigantium functione, à negotiis contractuum, aliarumq; rerum civilium &c. Nec apud ægrotos rerum temporalium dispositionibus sese implicet. Hortari quidem illos convenit, ad testamentum condendum, illi tamen consiciendo assistere non expecto